Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

propter quod non contingit aliter. Et in con
causalibus vincendi et bonum gratia. Ne-
cesse non contingit hic quod bonum illic vero
vivere et esse sine aliquibus. hec nec-
cessaria. causa necessitati quedam
est hec. Amplius demonstratio necessariorum
et quod non contingit aliter se habere. et de-
monstratum est simpliciter. Huius
autem causa est que prima sunt si
impossibile est aliter se habere ex quibus est.
Horum quidem itaque alterum est causa necessi-
tatis horum. alia nulla. sed propter hec alia
sunt ex necessitate. Quare primum
et proprie necessarium quod simplex est. hoc
enim non contingit pluribus modis
habere. quare nec aliter et aliter. Iam enim
pluribus modis utique haberet. Ergo
si qua sunt sempiterna et immo-
bilia vel in illis et violentum nec
preter naturam.

Unum dicitur aliud secundum accidens aliud secundum
se. Secundum accidens quidem ut cor-
riscus et musicus. et coriscus
et musicus. Idem enim est dicere
coriscus et musicum et cori-
scus musicus et iustum. et mu-
sicus et iustus coriscus. omnia
enim hec unum dicuntur secundum accidens
iustum quidem et musicum quia uni
substantie eidem accidit. musicum vero
et coriscus quia alterum alteri accidit.
Similiter autem et modo quodam musicus co-
riscus cum corisco unum quia altera
partium alteri accidit earum que sunt in o-
ratione ut musicum corisco
et musicus coriscus iusto corisco
quia utriusque pars eidem uni acci-
dit. Huius enim nichil differt quam corisco
musicum accidere. Similiter autem sive
in genere sive in universalis aliquorum
nominibus dicatur accidens ut quia homo
idem et musicus homo. aut enim quia homini
uni existenti substantie accidit musicum.
aut quia ambo singularium alicui

accidunt. ut corisco. tamen non eodem
modo ambo insunt. sed hoc quidem
forsan ut genus et in substantia. illud vero
ut habitus aut passio substantie. Ergo quecumque
secundum accidens dicuntur unum. hoc modo dicuntur.
Secundum se vero unum dictorum alia dicuntur eo quod
continua sunt. ut fasciculus vinculo
et ligna conglutinatione. et linea et si
flexa sit continua autem una dicitur
sicut partium et singule. tybia et bra-
chium. ipsorum autem horum magis unum
natura continua quam arte. Continu-
um vero dicitur cuius motus unus secundum
se. et non possibile aliter. Unus autem cuius
indivisibilis. indivisibilis autem secundum tempus.
Secundum se autem continua quecumque non tactu
sunt unum. nam si ponis se tan-
gentia ligna non dices hec unum esse
nec lignum nec corpus nec aliud con-
tinuum nullum. Que ita sunt continu-
a unum dicuntur quamvis reflexionem habeant.
Et adhuc que magis habent reflexio-
nem. ut tybia aut crux quam scelo
qui contingit non unum esse motum
scelo et recta quam flexa magis unum.
reflexam vero et angulum habentem
unam. et non unam dicimus.
quia contingit et non simul esse motum
eius. et simul esse recte vero semper
simul et nulla pars habens magnitudi-
nem hac quidem quiescat. hac vero mo-
veatur quedam et flexe. Amplius alio modo
dicitur eo quod subiectum sit specie indifferens.
Indifferens vero quorum indivisibilis
species secundum sensum subiectum autem aut
primum aut ultimum ad finem unum
enim dicitur et aqua una indivisibile
secundum speciem. Et liquores omnes unum
dicuntur. ut oleum vinum. et liquida quia
omnium ultimum subiectum idem. nam
aqua et aer omnia hec sunt. Di-
cuntur autem unum et quorum genus unum
differens oppositis differentiis. et hec dicuntur omnia
unum. quia genus unum quod subicitur differentiis